



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Usuris, & interesse, Pars II. de Cambiis, Pars III.  
de Censibus, Pars IV. de Societatibus Officiorum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXVIII. Romana pecuniaria. De extinctione census, ac cessatione  
fructuum, ex eo quod creditor efficiatur dominus censiti; Et quid si ex  
facto merè voluntario desinat ille possideri, An census ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74112)

gap. nli. num. 25. & sequen. Rot. decif. 19. num. 10. par.  
7. recent.

Ponderabam quoque considerabilem esse diuturnā creditorum acquiescentiam spatio pluriū annorum, postquam eis omnia premissa notificata fuerunt, illa enim speciem approbationis præferre videtur, ut punctualiter Adden ad Gregor. decif. 480. in fine, quodque debitores ut censum prædictum redimenter, æquivalentem summam pariter ad censum sub minoribus fructibus acceperant, unde alprum videbatur ut ob hujusmodi subtilitatis debitor gravari deberet ad duplicita interfluria, Ideoque sufficere videbatur casum reddi dubium, ut in isto intrare deberet æquitas pro debitoribus contendentibus de damage vitando contra à creditorem contendente de lucro, quam æquitatem in non curanda nullitate evi-

denti depositi servat Rota in dicta Romana fructuum doris 28. Ianuarii 1661. coram Verofio, de qua sub tit. de dote, & in aliis, ac agitur etiam in aliis Romana fructuum inter Principem Sabellum & Principem Iustinianum sub eodem tit. de dote; Ad plures autem annos, quibus haec scripta fuerunt, causa adhuc proposita non fuit, forsan actores agnoscentes eorum pretensionis in substantiam aquelescent, cum nisi diversæ facti circumstantiae concurrant, reflectendo etiam ad veritatem, justitia & æquitas huic parti afflire videantur.

## ROMANA PECVNIA RIA PRO PAULO JORDANO CUM

COMITE FRANCISCO STELLA,

*Casus disputatus coram Pralato Iudice  
Commissario, postea concordatus.*

De extinctione census, ac cessatione fructuum, ex eo quod creditor efficiatur dominus fundi censiti; Et quid si ex facto mere voluntario desinat ille possideri, an census reviviscat.

S U M M A R I U M .

- 1 Fæcili series.
- 2 Eoipso, quod creditor efficiatur dominus fundi censiti, resolutur census.
- 3 An aliqui casu debeantur fructus loco damnorum & intereste.
- 4 Quando credore non possidente amplius fundum censum census reviviscat.
- 5 Servitus unius debita extinguitur, si ejus fiat fundus seriens, & quid si postea alienaverit.

## DISC. XXVIII.



Uamplures inter istas partes sagittæ 1  
ne coniunctas habite fuerunt con-  
troverxi coram prælato judice  
commissario, potissima vero super  
qua majores fuerunt disputationes,  
consistebat in puncto præscriptio-  
nis juris redimendi quasdam domos venditas seu in  
solutum datas cum pacto de retrovendendo, de quo  
habetur actum in sua materia sub tit. de empt. & ren-  
ditione; Alter vero controversia punctus fuit iste, an ad  
favorem Stellæ decurssi essent fructus quorundam  
censuum per ipsum seu ejus auctores iure translativa  
cessionis acquisitorum à creditoribus auctorum Jordani,  
ac impostitorum super eidem domibus, que  
cum dicto pacto per dicti Jordani auctores vendite  
se ex causa doris in solutum datae fuerunt auctori Stellæ.

Pro tempore quo hic vel ejus auctores possede-  
runt fundum de eorum dominio effectum, causus vi-  
debatur indubitus, quod non deberent fructus  
tanquam fructus census, quoniam actio & passio  
dari non possunt in eodem subiecto, atque res mea  
mihi servire non potest, unde cum sensus sit species  
servitutis (licet vere & propriè non sit talis,) recep-  
tum est, ut eo ipso, quod creditor censarius efficiatur  
pominus fundi censiti, census habeatur pro ex incho-  
teu resoluto ex plenâ deductis per Cent. quisi. 14. nu.  
1. cum sequen. Rot. decif. 69. num. 7. post Merlin. do  
1. pignor. decif. 213. nu. 5. post Zaccb. de oblig. & sepius.

Idque tanquam de jure certum admitebant scri-  
bentes in contrarium, dicebam tamen deberi fructus  
tanquam damna & intereste, dum debitor fundum  
censum veridicerat, seu in solutum dederat hujus-  
modi oneribus non expressis, cumulando ad id eas  
decisiones & auctoritates, quas habemus obligantes  
debitorem censarium ad damna & intereste ex censu  
male imposito super re non libera vel non capaci ex  
deductis in Romana Salviani dis. 13. & in Sabinen cen-  
sus dis. 31.

Verum in hoc videbatur æquivocari, quoniam ter-  
minierant diversi, ac etiam quia creditor inexcusabi-  
lis erat, dum census voluntariæ acquisivit de tempore,  
quo reæ sciebat ipsum tanquam effectum dominum  
fundi censiti esse in capacem illos possidendi, Unde  
propriea potius retorquendo eadem auctoritates  
quamvis ad calum incongruas, dicebam veritati in  
prima parte distinctionis in eis contentæ, ubi scilicet  
creditor ab initio est conscius non libertatis vel inca-  
pacitatis fundi, quo calu neque damna & intereste de-  
bentur ut, in aliis causis mox citatis; Dubitabam vero  
potius quod damna & intereste prætendi possent jure  
evictionis, quam empiric ita prævenere, solvendo  
illis creditoribus, qui porerant domum venditam e-  
vincere juxta ea, que habentur in Tudertina census pro  
Coffano dis. 25. Et quamvis hoc motivum non deduc-  
ceretur per defensiones alterius partis, illud tamen in-  
sinuabam Jordano principali, qui erat etiam juris pe-  
ritus, ut prævidens difficultatem facilitaret concor-  
diam, ut puto sequutam.

Major disputatio fuit super eo tempore, quo credi-  
tor seu censarius desirat fundum censum possi-  
dere, quando pro eo scribentes dicebant esse calum  
indubitatum, ob censantem incompatibilitatem, que  
erat unica dubitandi ratio. Atque ad id probandum  
deducebant auctoritates & decisiones firmantes  
census revivisciam, quoties bona pro eo in solu-  
tum datae creditori evincuntur, & de quibus habetur  
suprà in Perusina Censu dis. 15. & in Roma-  
na

ware viviscentia sub tit. de feud. dicitur. Verum, & in hoc pariter videbatur & equivocari, solumque reflectendo ad veritatem, apud me urgebat dictum alterum motivum damnorum & interesse, quoniam reviviscientia census, ubi aliqua species pro eo data est, recte procedit in casu evictionis atque ubi possessor invitatus non possidere desinit, in quibus terminis loquuntur auctoritates & decisiones de hoc agentes, Secus autem ubi desinit possidere ex causa voluntaria, quia nemp̄ ipse eam alteri vendat, quoniam cum emptore ipsum iure possideat, ac ratione dominii in eo residens, idcirco videtur in proposito habendus pro possessore tanquam per organum illius, cui ipse dedit, Ad quod probandum deducebam dispositionem textus in l. si quis ades 23. ff. de servit. urban. prediorum, ubi deciditur, quod si ego habeo servitutem super domo, quae deinde mea fiat, servitus extinguatur, & non reviviscit, si ergo eamdem domum deinde alteri vendidero, & in his terminis ita fentur Cenc. dicta quæst. 114. n. 14. in fine juxta ultimam impressionem, Atque ad idem facere videntur deducta per Amal. resol. 21. de obligatione causativa cessante in eo, qui desinit possidente rem, ex qua debitum resultabat, ut non procedat in eo, qui ex facto proprio merè voluntario desinit illam rem possidere, eam alteri vendendo, seu alias transferendo, quoniam, ut dictum est, idem continuare fingeatur in ejusdem rei dominio ac possessione per organum illius novi possessoris, qui ex ipsius iure utrumque obtinet; Occasio autem non dedit formiter ac maturius hunc punctum examinandi, cum in hac facti specie dictum motivum damnum & interesse inanem hujusmodi quæstionem reddere videatur.

## ROMANA

## CENSUS

DE MAFFEIS

PRO

PAULINA MAFFEA

CUM

ABBATE MARIO MAFFEO

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura, & resolutus pro Paulina,

Cessio census quando dicatur facta translative, vel potius extinutive, ad diversos effectus, illum praesertim, An in hujusmodi cessione per mulierem vel alium prohibitum contrahere sine solemnitatibus statutariorum, ista requirantur; Et in haeres debitoris censuarii possit translativa acquirere censum.

SVM MARIUM.

<sup>1</sup> F<sup>A</sup>cti series.

<sup>2</sup> Practicabilis non est processus exequitivus pro coniunctu incontinenti sublato per instrumentum ex-

tinctionis ex eo quod pretendatur simulatum.  
3 In extinctione census tanquam in alienatione necessaria non requiruntur solemnitates requisite in alienationibus.

4 Ex quibus cessio census censeatur extinactiva.

5 Quæ regula tenenda sit ad dignoscendum, an cessio sit extinactiva vel translativa, & quid operentur verba.

6 Quando haeres censeatur acquisisse proprio vel hereditario nomine.

7 Haeres beneficiatus representat duplem personam, & potest esse creditor hereditatis.

8 De conclusione, ut in inventarium non suffragetur, quantum vires hereditariae sufficiant, an influat ad incompatibilitatem.

## DISC. XXIX.



Sque ab anno 1613, per Bernardinum Masseum impositus fuit census in sorte scutorum 3. m. ad favorem Paulinæ, que de anno 1648. illum cessit Benedicto ejusdem Bernardini filio & haeredi beneficiato; Cumque eadem Paulina, defuncto dicto Benedicto, superstite Abate Mario fratre & herede, prætenderet, non obstante dicta cessione utrumque simulata, ac etiam nulla, ob servatas solemnitates in contractibus mulierum requisitas à statuto Urbis 151. continuaue in ejusdem census dominio & possessione, proindeque pulsaret dictum Mariam tanquam Bernardini debitoris haeredem mediatum ad solutio- nem fructuum, pro quibus coram A. C. petebat mandatum exequitivum contra bonahæreditaria, reus autem conventus exciperet de dicta cessione, replicante actrice de simulatione, ista suas patiebatur difficultates, cum ea in dubio non præsumatur, ejusque justificatio pendeat ab extrinsecis probationibus quamvis præsumptivis & administrativis requirentibus judicis declarationem, à qua altera pars appellare potest, Unde propteræ quoties non concurredit ejusdem simulationis probatio certa & incontinenti facta, resultans ex confessione partis, impossibile est posse practicari ex parte actoris judicium executivum pro suo priori credito, quod reus sublatum docet per contrarium actum, quem actor, replicando dicat simulatum, cum tunc exceptio sit clara, turbida vero constat in ipsius actoris replicatione, & sic exceptio clara, replicatio turbida.

Melior autem mihi scribenti pro actrice videbatur alia replicatio nullitatis dictæ cessionis ob non servatas solemnitates in contractibus mulierum requisitas à dicto statuto Urbis 151, ita enim incontinenti eius remanebat rei conventi exceptio, seu defensio ut ut potest resultans ex ventre ejusdem scripturar, ex qua ipse exceptionem deducet, ideoque integra remanebat prior actio, perinde ac si actus sequutus non esset, cum nullum & nihil æquiparentur, atque ita docet praxis quotidiana.

Pro hujusmodi nullitate evitanda, scribentes pro reo dicebant, solemnitates prædictas ( quæ juxta opinionem hodie in Curia receptam, non obstante quod statutum ageret de quatuor casibus, absque dubio necessarie sunt in quibuscumque contractibus & actibus, ex quibus mulier ladi potest ) recte procedere in contractibus & actibus voluntariis sive voluntibus in voluntariam alienationem vel obligationem, secus autem in actibus necessariis, qualis dicitur ille creditoris centuarii retrocedentis seu extinguentis censum

per